



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Pecc. III. veniale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

tione *Si Deus non prohibuisset*, non est mort.
cap. 17. num. 4.

Peccatum in spiritum Sanctum est contra bonitatem, qua spiritus Sancto attribuitur. Et est sextuplex, Desperatio, Præsumptio, Impœnitentia, Obstinatio, Impugnatio veritatis agnitæ, Invidia fraternæ gratiæ. Dicuntur irremissibilia, non quia non possunt remitti, si adsit vera pœnitentia de eis: sed quia secundum suam naturam repellunt principia & media, quibus remittuntur peccata. cap. 23. num. 126.

PECCATVM III. Veniale, est præter legem, & non contra legem. Sed sic contra legem æternam. Præl. 7. numer. 16. Requirit dolorem formalem, vel virtuale, & potest esse dolor de vno, & non de alio. c. 1. nu. 16.

Potest validè absolui à religioso non habente facultatem à prælato. Imò licet, dummodo non sit illi prohibitum per statutum religionis, vel mandatum Superioris. cap. 4. num. 1.

Peccatum veniale nunquam est licitum, nec ad vitandam proximi mortem. cap. 14. num. 3. l. lit. D. Nouo num. 32. §. 8.

Potest remitti sine mortali. No. cap. 3. nu. 7.

PECVLIVM. vide Bona Castrensia. Pecunia, vide tit. moneta.

A PENSIO est ius spirituale, aut illi annexum.